

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hieronymi comm. in Esaiam lib. VI-XIII - Cod. Aug. perg.
72**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [1. Drittel des 9. Jh.]

Liber VI

[urn:nbn:de:bsz:31-1558](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1558)

EXPLANATIONIS IN ESAIAM. SCI. HIERONIMI.
PRESBLTERI. LIBER. VI. INCIPIT.

208

Quod in praecedente uolumine pollicitus sum. ut supra fundamentum
historiae. si uoluntati nostrae xpi adnuerit. spiritale struerem aedificium.
& inposito culmine. perfectae ecclesiae monstrarem ornamenta. hoc in
sequenti duobus libris. o uirgo xpi eustochium orationibus tuis. & dñi miseri
cordia facere conabor. Ut eodem labore. quo quintus liber historiam con
prehendit sextus & septimus perstringat anagogen. Non omnia disse
rentes. ne multa fiat uolumina. sed quae ecclesiastica uiri antea nos senserint
breuiter indicantes;

Onus seu uisio contra babilonem. quam uidit isaias filius amos; uidit non
carnis sed mentis oculis. Quam magnum pondus babilonis sit inponendum;
Et quia babilon quae hebraice dicitur babel. interpretatur confusio.
Eo quod ibi aedificantium turrem sermo confusus est. spiritualiter mun
dus iste intellegitur qui in maligno positus est. & non solum linguas. sed
opera singulorum mentesque confundit; huius babilonis rex est uerus
nabuchodonosor contra dñm superbiens. qui dicit in corde suo; in caelum
ascendam. super se dea caeli ponam solium meum. sedebo in monte testa
menti. in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium. ero
similis altissimo. Iste qui ostendit dño uniuersa regna mundi. et dixit ei;
haec omnia mihi tradita sunt. & tibi dabo sic adens adoraueris me; Deni
que in consequentibus nequaquam contra babilonem. sed contra orbem ter
rarum comminatio est; Dñs saba oth praecepit genti bellicosissimae. ut
ueniat de terra longinqua a summitate caeli. ut disperdat orbem terrarum;
Et iterum; ecce dies uenit in sanabilis furoris & irae. ut ponat orbem terrarum
desertum. & peccatores disperdat ex eo. ac deinde praecipiam orbi ter
rarum uniuerso mala & impus peccata sua; Ex quibus probantur omnia quae
dicuntur contra babilonem. ad mundi huius confusionem & interitum pertinere;
Sup montem caligofum siue campestre. leuate signum; Apostolis praecipit.
& apostolicis uiris. ac magisteris ecclesiarum. ut dicturi contra babilonem.

signum eleuent dominicae crucis. non in humili loco & in dimersu allibus. sed in monte caligoso siue campestre. Quorum alterum significat abscondita ecclesiae sacramenta. quae ut uideret moyses & audierit uocem dī intrauit tenebras & caliginem. posuit enim dī tenebras latibulum suum. Et nubes & caligo in circuitu eius. Alter docet. sic nos et excelsa ecclesiarum dogmata debere conscendere. ut iuxta apostolum humiliemus atque dicamus. Quia non sum dignus uocari apostolus. quia sum persecutus ecclesiam dī; Qui et ipse leuabat signum in monte campestri. quando sibi humilitate dicebat; Ego autem iudicaui nihil me scire in uobis. nisi ih̄m xp̄m & hunc crucifixum; hoc autem signum. & in superioribus leuabit ipse qui ortus est de radice iesse in nationibus. ut congregaret perditos isrl̄; Exaltate uocem. leuate manum; pro quo Lxx transtulerunt; Consolamini manum. exalta uocem; Quae sublimibus loquitur. & praesentia sua breuia & transitoria contempnit. Qui audit ab eo dem esaiā. sup̄ montem excelsum ascende qui euangelizas sion. leua in fortitudine uocem tuam qui euangelizas hierusalem. Eleuat manum qui potest cum dauid dicere. eleuatio manuum mearum. sacrificium uesp̄anum. Et qui in omni loco leuat sc̄as manus. ut non solum leuet manus. sed etiam consoletur manu. nedicat pauperi cras uem & accipe. sed ut pauperi in eius & necessitatem praesentia misericordia consoletur; Et ingrediantur portas duces; Lxx; Aperite principes ^{portas;} duces ecclesiae ingrediuntur portas misericordiarum dī. et scripturarum sacramenta cognoscunt. habentes c̄auem scientiae. ut aperiant eas creditis sibi populis; Unde praecipitur. ut magistri aperiant. & discipuli ingrediantur; Ego mandauis̄cificatis meis; pro quo Lxx; Ego praecipiam. & ego adducam eos; Ipse enim magnificauit ministros suos. ut qui & sc̄ificat. Et qui sc̄ificatur. ex uno omnes sint; Qui & in alio loco credentibus loquitur; sc̄i estote. quoniam ego sc̄i sum; ipse praecipit & adducet suos principes. ut faciant quae praecipit sunt; Et uocaui fortes meos in ira mea. exultantes in gloria mea; Lxx; gigantes uenient implere furorē meum. gaudentes simul & contumelias facientes; iuxta hebraicum. herent superioribus quae edicuntur. quod ipse uocauerit fortes. & exultantes in gloria sua. qui mandauerat

T
pauit ad hebreos

3

ſcificatis ſuis; porro iuxta Lxx gigantes uenientes ut impleant furorem dñi.
gaudentes in aliena iniuria atque letantes ſiniſtrae accipiendae contrarięq;
uir tutes; de quibus in psalmis legimus; miſit in eos furorem irae ſuae. furorem
& iram. & tribulationem. in miſſionem per angelos malos; Ex hiſt eſt et exter mi
nator in aegypto. qui poſtes agnitiōs ſanguine non audeat intrare. & ille ſp̄s qui
egreſſus eſt & in conſpectu dñi et ait. ego decipiam a^{hb}; dixitque eidñs. de
cipēs & praeualebis. egredere & fac ſic; Unde in eodem regum uolumine miche
as loquitur; uidi dñm iſrl ſedentem ſup thronum ſuum. & omnis exercitus caeli
ſtabat iuxta eum a dextris & a ſiniſtris; dextrae uirtutes ſunt eorum angelo
rum. qui ad bona mittuntur. ſiniſtrae autē eorum. quibus ad puniendum
tradimur; Unde & apoſtolus. quos tradidi inquit ſatane ut diſcant non blaſphe
mare; Nomen autem gigantum. pro quo in hebreo גיברים id eſt fortium
poſitum eſt. Lxx & theudotion. in ſimilitudine fabularum & ueſtæ gentili
um. ſicut & ſtrenas. & hirtanas. et arcturum. & hradas. & orionem nominant.
quae apud hebreos alius appellantur uocabulis; ſi autem gigantes rebelles di
ſunt. & omnes hereses contrariae ueritati rebellant dō. Omnes heretici gi
gantes ſunt. qui gaudentes in errore ſuo. & tunc maxime gloriantur. quan
do eccleſiae contumeliam fecerint; Uox multitudinis in montibus. quaſi po
pulorum frequentium. uox ſonitus gentium congregatarum; Tripliciter lo
cus iſte accipitur; primum. ut eleuatum ſignum in monte campeſtri. ueniat
gentium populorum multitudo. & ipſa in montibus conſtituta. quaediuiditur in
duo. in populos ſcilicet & in reges. & in diſcipulos & magiſtros; De quibus & ſalua
tor in euangelio loquebatur; multi a oriente & occidente uenient. & accum
bent cum abraham & iſaac & iacob in regno caelorum; Propterea autem
una uox & conſona dicitur. ut illud apoſtolicum probetur. idipſum dicatis
omnes. & non ſint in uobis ſciſmata. ſed ſitis perfecti in eodem ſenſu. & in eadē
ſententia; ſecundo hereticorum deſcribitur ſupbia. qui in montibus ſe eſſe
credentes. eriguntur contra ſcientiam dñi. & iniquitatem in excelsis loquuntur.
& ponunt in caelum oſſuum. qui et ipſi habent populos. habent reges. quide
ceptum populorum deuorant; Tertia interpretatio eſt quam ſupra dixerat Lxx;

gigantes ueniunt imple^{re} furorem meum; quem gaudentes simul & contumeliam facientes. & ipsorum gigantum describit adrogantiam. Et ad puniendos qui sibi traditi fuerant in mala parte consensum; Dñs exercituum p̄cepit milicie belli uenientes de terra procul. a summitate caeli. Quasi furor eius ut disperdat omnem terram; Lxx; Dñs sabaoth p̄cepit genti bellicosissime. ut ueniat de terra longinqua a summo fundamento caeli dñs. & bellatores eius. ut disperdant uniuersum orbem; fundamentum. obelo p̄notandum est; in regum & in paralipomenon uolumine legimus. quod iradi accensa sit sup isrl. quando dauid numerauit populum & offendit dñm; In psalmis quoque scribitur; Dñe ne in furore tuo arguas me. neque in iracundia corripas me; & cetera huiusmodi. per quos legi in cuiusdam commentariis iram dñi posse intellegi contrariam fortitudinem. cui tradimur ad puniendum; De quo & in octauo psalmo cantatur; ut destruas inimicum & defensorem; Possunt bellatores dñi. quid de terra procul ueniunt. Et a summo caelo. etiam ministri angeli. qui in mundi consummatione mittendi sunt. ^{ut} & ^{colligant} uariorū manipulos pateant. & separatos a frumento. incendio p̄parent sempiterno; Omnis quoque terra disperditur. quando terrena opera subuertuntur; Sunt & alii dñi bellatores instructi armatura apostoli. qui cotidie in ecclia q̄decumque idē ecclia orbis & habitata intellegitur. disperdant eos et interficiant. qui eriguntur contra scientiam dñi; Ululate. quia prope est dies dñi. quasi uasitas ad dñm ueniet; propterea omnes manus dissoluentur. & omne cor hominis tabescet & conteretur; quoniam bellatores dñi uenturi sunt ut disperdant omnem terram. ululate & agite paenitentiam. quibus poena uentura est; prope est enim dies dñi. uel consummationis totius mundi atq; iudicii. uel exitus uniuscuiusque debitus; Uenit enim ad dñm de p̄datio. quam nos diximus uasitatem. ut seruaret metā forā quā p̄miserat bellatores cum die iudicii uel dormitionis aduenerit; Om̄s manus dissoluentur; quibus dicit in alio loco; Confortamini manus dissolutae; Dissoluentur autem manus quia nullū opus dignum dñi iustitia reperitur. & non iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens; Unde p̄pheta dicit in psalmo; in iniquitati attendas dñe. quis sustinebit; Omne quoque cor. siue anima hominis tabescet. & pauebit conscientia p̄ccati sui;

4
haec dies formidolosa atque terribilis; de qua & sophonias loquitur; metuite a facie
dñi: quia prope est dies dñi; & rursum; iuxta est dies dñi magna prope et uelox nimis;
Et amos. uiginti quid desiderant diem dñi; ut quid uobis diem dñi quae tenebrae sunt
& non lux; iuxta Lxx quoque additum est; turbabuntur quoque ligati & dolores
adprehendent eos; illas ligatas interpretari possumus; quos ciues miserant aduersum
eum qui profecta erant in terram longinquam. ut sibi regnum peterent; Unde ipse loqui-
tur in euangelio; inimicos autem qui noluerunt me regnare super se. adducite huc & in-
terficate coram me; Tortiones & dolores tenebunt. quasi parturiens dolebit. unus
quisque ad proximum suum stupebit. facies combustae uultus eorum; Cum uenerint
dñi bellatores de terra longinqua & omnes manus fuerint dissolutae & corpus paucū
atque contritum. Tunc strophomata. Quasi nos tortiones uentris interpretati sumus.
& dolores tenebunt eos similes dolores parturientium; per quem ostenditur tor-
queri propria conscientia. Et facies habere combustas. Et igne quem sibi succende-
rant. Et nos omnes reuelata facie. gloriam dñi contemplantes. in eadē imagi-
nem transformamur; Unusquisque stupebit ad proximum suum. uidens eum in
isdem esse tormentis quibus ipse cruciatur; Ecce dies dñi uenit crudelis & indigni-
tationis plenus. & irae furorisque. ad ponendam terram insolitudinem. Et pec-
catores eius conterendos de ea; Pro terra. Lxx. orbem interpretati sunt. & p
crudeli insanabilem; Cum enim dies uel iudicii uel mortis aduenerit. imple-
bitur illud quod in vi psalmo legitur; in inferno autem quis confitebitur tibi;
Non est enim tempus illud poenitentiae sed poenarum; Et in alio loco dicitur;
Quam magna multitudo dulcedinis tuae dñe. quam abscondisti timentibus te;
Ergo absconditur dñi multa misericordia. ab his qui adhuc in timore sunt positi.
et perfectam dñi non habent caritatem. Ut dum crudelem audiunt diem dñi et
insanabilem. indignationis furorisque plenum. peccare desistant; Ponitur
quoque orbis uel terrae insolitudinem. Et peccatores conteruntur de ea. Quae pri-
us peccatorum onere grauabatur. ut de letis perditis que sceleribus. habitet
& regnet in terra sola iustitia; Quia stellae caeli. et splendor earum non ex-
pandent lumen suum; Obtenebratus est sol in horu suo. & luna non splen-
debit in lumine suo; Lxx; stellae enim caeli. & orion. & omnis ornatus caeli. lu-
men suum non habebunt. & obtenebrabuntur sole oriente & luna non dabit
lumen suum; pro eo quod nos interpretati sumus splendor earum. haud dubium quin
stellarum. aquila & theodotio ipsum uerbum posuerunt hebraicum xileem;
pro quo lex orionem transtulerunt addentes de suo; Et omnis ornatus caeli

quod oboelo p̄notandum est; Orionē autem gentium fabulae dicunt. xvii.
habens stellas. equibus quatuor tertiae magnitudinis sunt. Nouem
quarta. rursus aliae nouem quinta. & ab alijs appellantur bootes; Legimus
quoque in nob̄ hiadas. & uesperū. & arcturum. & thesauros siue interiora aus
tri; de quibus in suo loco dicendum est; Nec putare debemus. apud hebreos has
stellas his appellare nominibus. quae graecus sermo sonat & latinus. sed p̄
pria habere uocabula; sicut enim d̄s uocauit lucem diem. & firmamentum
caelum. & aridam terram. & congregationes aquarum maria. sic & in sin
gulas stellas suis appellauit nominibus. quorum pprietatē nostra lingua
non exprimit; scriptum est de d̄o in alio loco; qui numerat multitudinem
stellarum. & omnibus eis nomina uocat; Quando igitur dies d̄ni uenerit.
ad ponendum orbem terrarum in solitudine. & peccatores de ea penitus au
ferendos. Tunc ad comparationem diuinae maiestatis. stellae caeli & om
nis splendor earum retrahent lumen suum; Nec mirum est hoc de minori
bus stellis dicere. Cum etiam sol obtenebrescit in ortu suo. & luna splendo
rem solitum non habeat; illud autem quod lxx. transtulerunt. quod stellae
& Orion. [&] omnis ornatus caeli obtenebrentur sole oriente. non habet signum
miraculum; hoc enim omni fit tempore. ut ortu solis. stellae quae in cae
lo sunt non appareant; nec mirum hoc dixisse de sole. Cum etiam plena lu
na & tota nocte fulgente. pleraque astra non luceant; esse autem etiam
per diem stellas in caelo. p̄bat solis deliquium. quod quando umbra terrae ut
philosophi disputant. & abiecto orbe lunae fuerit obscuratus. clariora in
caelo astra uidentur; **E**t uisitabo super urbes mala. & contra impios iniqui
tate eorum; quando uisitat & percutit d̄s. ad hoc percutit ut emendet; Deniq;
quando uehementer irascitur super eos qui non agunt paenitentiam. Non uisi
tabo inquit sup̄ filias uestras cum fuerint fornicatae. & sup̄ nurus uestras cū
adulterauerint; **E** contrario de his qui in xp̄o credituri sunt dicitur; uisita
bo in uirga iniquitates eorum. & in flagellis peccata eorum; misericordiam
autem meam non auferam ab eis; **E**t quiescere faciam superbiam infidelium.
et adrogantiam fortium humiliabo; **Lxx**; **E**t p̄dam iniuriam iniquorū.
& iniuriam superborum humiliabo; uerbum hebraicum. **GAON**. Quod perspi
cua adrogantiam & superbiam sonat. Theodotus & lxx. sup̄ iniuriam transtu
lerunt. sensum magis quam uerbum exprimentes. Quia omnis superbus p̄p̄
tus est ad iniuriam; Ergo propterea d̄s uisitat super urbes mala. & contra

5
impioſ iniquitates eorum: ut conprimatur adrogantia ſupborum. & ſupbia forti-
um humilietur; dñs enim ſupbis reſiſtit: humilibus dat gratiam; Et in puerbis legi-
mus; ante contritionem eleuatur cor uiri: Et ante gloriam humiliatur; ſemper
ſupbiam ruina ſequitur: & humilitatem gloria; Qui enim ſe exaltat humilia-
bitur: & qui ſe humiliat exaltabitur; Legimus & in alio loco p̄dam ſapientiam ſa-
pientium: & intelligentiam prudentium reprobabo; Non quo uera ſapientia & ue-
ra prudentia p̄dantur ad dño: ſed falſi nominis ſcientia: qui ſibi theſaurizant lin-
quam mendaciu: & deficiunt ſerutantes ſerutatio: & ponunt nihil loquentes in cae-
lum os ſuum; unde p̄prie hereticorum ſupbia ueritatis iniuria nominatur;
Prætioſior erit uir auro: & homo mundo obrizo; Lxx; erunt qui derelicti
fuerint: honorati magis quam aurũ excoctum: & homo honorabilior lapide ophir;
In conſummationem mundi quando orbis redactus fuerit in ſolitudinem: & obte-
nebratus ſol in hortu ſuo: & luna ſplendore ſuo non dederit: tanta fient ab anti-
ciſto ſigna atque portenta: ut iniquitate creſcente refrigeſcat caritas mul-
torum: ad decipiendos etiam ſi fieri poteſt etiam electoſ celi; Tunc prætioſior erit
uir auro: quod hebraice dicitur faz: & aquila interpretatus eſt cirron: quod
coloris optimi atque ſanguineſt: & homo mundiffimo obrizo: quod hebraice
dicitur ophir: Et aquila tranſtulit ſp̄hiloma ophir: quod neſcio quid uolen-
tes: Lxx: interpretati ſunt lapide ſophir; Eſt autem in india locus: in quo aurũ
optimũ naſcitur: ſicut in geneſi legimus de fluuio phison: iſte eſt qui currit
omniterram euolat ubi eſt aurum: & aurum terrae ipſius optimũ: & ibi
eſt carbunculus: & lapis præſinus; prætioſior autem intellegitur: pro eo quod
eſt rarior; Omne enim qd rarum eſt prætioſum eſt; ſicut & in ſamueliſ uolumi-
ne legimus; & ſermo prætioſus in iſrl; Sup hoc caelum concutiam: & mo-
uebitur terra de loco ſuo; Lxx; Caelum enim furebit: & terra mouebitur
a fundamentiſ ſuis; Cum prætioſior fuerit uir auro: & homo mundo obrizo: &
impletum quod ſcriptum eſt: putas cum uenerit filius hominis: inueniat fide-
ſup terram: Tunc & caelum mouebuntur & terra; Caelum enim & terra p̄transi-
bunt: non ſua uoluntate & proprio arbitrio ut pleriq; aſſumant: animantia
ea eſſe credentes: ſed propter indignationem dñi exercituum: & propter diem
furoris eius: Qui reſpicit terram & facit eam tremere; Unde hoc quod in
Lxx dicitur caelum enim furebit: metonymicoſ accipiendum: p̄ his qui uerſan-
tur in caela; Quomodo ſi dicamus omniſ ciuitas conclamauit: & obuiam iudi-
ci urbs uniuerſa p̄ceſſit; fundamenta uero terrae: & in puerbis legimus;

ds̄ sapientia fundauit terram; & ad iob loquitur dñs; ubi eras quando fundabam
terram; non quo terra habeat fundamenta. profunda mole deiecta. sed uoluntas
& potestas dī qua omnia continentur. fundamenta illius appellanda
sunt; ipse enim sup maria fundauit eam. & super flumina collocauit eam.
Et ipse adpendit eam sup nihili; **E**tert quasi tamula fugiens. & quasi grex
ouium. & non erit qui congreget; unusquisque ad populum suum conuertetur
& singuli ad terram suam fugient; Omnis qui inuentus fuerit occidetur. Et
omnis qui sup uenerit. cadet gladio; infantes eorum allidentur in oculis eorum
diripientur domus eorum. Et uxores eorum uiolabuntur; Caelo terraque con
motis. fugiet diabolus coluber tortuosus. uel omne dogma contrarium ueritati.
quod in magistros & discipulos scinditur; Quorū priores propt̄ Ox̄ doria
graeco sermone dōcades id est capreae nuncupantur. sequentes quasi bruta
animalia. Et huc atque illuc errantia non habent qui eos dirigunt; perdidit
enim eum de quo scriptum est; ad dñō gressus hominis dirigentur; Qui
liberati a magistris pessimis. conuertuntur ad populum suum. & singuli ad
terram suam fugiant de quo orti sunt; Qui uero inuentus fuerit occidetur
siue iugulabitur; Hoc autē non solum in consummationem mundi. sed usq; ho
die fit in ecclesia. quando magistri superati. grex deceptus reuertitur ad popu
lum et ad terram suam. Et in eo quod inuenitur occiditur. ut hereticus esse desi
tat. & quicumque sup uenerit. cadet gladio spiritali; Tunc infantes eorū & par
uulos. qui necdum ad perfectam uenerint erroris aetatem. allident in oculis
magistorum. diripientque domos eorum. & uxores eorum uiolabunt. praua
sapientia & doctrina peruersa; Unde p̄ istiusmodi patribus. quorum interfi
ciendis sunt paruuli. debemus orare & dicere; da eis dñe; qui dabis eis. uulua
sterilem. & ubera arenia; parturiunt enim iniquitatem. conceperunt dolo
rem. & genuerunt iniustitiam; **E**cce ego suscitabo sup eos mōedōs. qui ar
gentum non quaerant. nec aurum uelint. sed sagittas paruulos interficient.
& lactantibus uteri non misereantur. & sup filios non parcat oculus eorum;
Inuenimus in genesi. quod madian auctor gentis mōedorum fuerit siue po
tenti uel forti; Igitur contra babilonos qui mente confusi sunt. suscitantur
a potente & fortis dō. ministri ad puniendum fortitudines. ut reddant unicuique
secundum opera sua; In qua enim mensi sunt. remetietur eis mensuram agita
tam atque concussam. & plenam. Et sup effundentem restituent in sinu eorū;
qui nunc argentum nec aurum. id est nec eloqui pulchritudine. nec acumen

6

ingenui in quibus sibi anteplauderentur recipient sed poenis adficiant tradent
paruulis a lactantibus ut non misereantur ut magis misereatur; atque ut nā
ut nos suscitetur a dño. Et haec nobis de^{us} potestas. Ut nec argentū nec aurum
uelimus eloquentiae & sapientiae saecularis. sed filios hereticorum. & omniū
qui decepti sunt interficiamus sagittis spiritualibus. id est testimonis scriptu-
rarum. Et qui lacte nutriuntur erroris. absque ulla misericordia trucident.
Et olim mentis crudelitate pereant. Nullius quem misereamur infantiae.
et illa beatitudine digni sumus; beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad
petram; **E**terit babilon gloriosa in regnis inclita in supbia chaldeorum.
sicut subuertit dñs sodomam & gomūrram. non habitur^{tabi} usque in finem. Et non
fundabitur usque ad generationem & generationem. Nec ponet ibi tentoria
arabes. neque pastores requiescent ibi. sed requiescent ibi bestiae. Et replebunt
domūs eorum draconibus. Et habitabunt ibi strutiones. & pilosi saltabunt ibi.
Et respondebunt sibi ululae in domibus eius. Et sirenae in delubris uoluptatis;
prope est ut ueniet tempus eius. & dies eius non elongabitur; **LXX**; Eterit
babilon. quae uocatur in clēta a regionibus chaldeorū. sicut subuertit dñs sodo-
mam & gomūrram. non habitabitur in aeternum. nec ingreditur eam per
multas generationes. Nec transibunt per illam arabes. neque pastores re-
quiescent in ea. sed requiescent ibi bestiae. & implebuntur domūs sonitu; Et
accubabunt ibi sirenae. Et demona saltabunt ibi. Et onocentauri habita-
bunt. Et cubacula facient herici in domibus eorum; cito uenit & non tarda-
bit; Quod sequitur & dies eius non p̄trahentur. notandū est asteriscis.
qui de theodotione additi sunt; moedis aduersus confusionem & urbis suscitatis.
qui nec aurum in bonis deputant nec argentū. qui sagittis interficient par-
uulis. Et lactantibus uteri non miserebuntur. Et sup̄ filios non parceret oculus
eorum. Urbs quondam inclita. quae erat in supbia chaldeorum. quae inter pri-
tantur quasi daemona. sic subuertitur quomodo subuersa est sodoma et
gomorra. ut nullum in ea maneat pristinae mansionis uestigiū; sed postquā
fuerit caelum nouum & terra noua. Eterit erit figura huius mundi. non
habite tur urbs confusionis in perpetuum. Et nequaquam eundem statum
recipiet; non enim pōnet postquam in pristinam gloriam esse defu-erit

Arabs tentoria sua. qui interpretatur occidentalis uel uesper tinus. ut in ea cupiat habitare quam uiderit esse desertam; Arabs autem in presenti loco in bonam partem accipitur. quod semper tendit ad finem. Et oblitus praeteritorum. extendat se in priora; nec pastores requiescent ibi. qui mansuetissimum domini gregem in hierusalem solent pascere. sed e contrario requiescent ibi bestiae. de quibus testatur psalmus dicens; ne tradas bestias animam confidentem tibi; pro quibus aquila & simmachus & theodotio. ipsum uerbum hebraicum posuerunt. *sr̄m*; & implebuntur domus eorum hoc est babiloniorum. iuxta Lxx & theodotionem. sonitu & clamoribus. iuxta aquilam & simmachum; quod nos in dracones uertimus. iuxta simmachum. quod uerbum hebraicum continetur; Et habitabunt ibi structiones animal semper solitudines appetens; de quo in iob plenius scribitur; quicum pennas habere uideantur. tamen de terra altius non eleuantur; pro quo Lxx sirenas interpretati sunt. pilosos autem qui dicuntur hebraice *sr̄m*. Theodotio rectis & stantibus pilosis. interpretatus est; simmachus. Et Lxx transtulerunt daemones; pro hono centauris quoque; quos soli Lxx interpretati sunt. imitantes gentilium fabulas. qui dicunt fuisse ipso centauros. Tres reliqui interpretes ipsum posuerunt uerbum hebraicum. *ih̄m*. quod nos in ululas uertimus; Ubi autem Lxx dixerunt. cubacula faciunt hericu in domibus eorum. Et in hebraico positum est *henrim*. aquila. simmachus & theodotio. sirenas interpretati sunt. significantes uel bestias aliquas esse. uel daemones iuxta errorem gentilium dulcitantantes. & decipientes homines. quibus saeculi naufragium clausis auribus transire non possunt; Porro hono centauri nomen. ex asinis centaurisque compositum. uidetur mihi significare eos. qui ex parte aliquid humanum sapiunt. & rursum uoluptatibus & coeno turpitudinis adducuntur ad uitia; Dicitur ergo secundum tropologi. a quo in fine mundi. uel mortis unius cuiusque. omnis gloria & superbia chaldeorum & confusio mundi recedit a nobis. Et ita omnia subuertantur. sicut subuertit deus sodomam & gomurram. Nec ultra mundi istius futurus sit status sed pereat; nec ponet ibi arabs tentoria sua; de quo in Lxxvii psalmo dicitur; interfacite ei qui ascendit super occasum. dominus nomen est eius; Nec pastores ubi requiescant angeli. qui humano praesunt generi. & cotidie uident faciem patris. sed requiescant ibi bestiae. & dracones. & structiones. & pilosi. & ululae. et sirenae. quas omnes bestias

7

fugarum. intellegimus angelorum uel daemonum. Eorum quibus tradimur ad
punendum. & in domibus quondam uoluptatis. ubi erat laetitia & gaudium.
fit plangens ulularum uel lamentabilis uox sirenarum. quae auditores suos du-
cit ad mortem; Tempus autem imminere iudicii. & in diem consummationis ba-
bylloniae non elongare nequaquam mirabitur. ^{qui} cotidie p̄scos uiros ^{in his} qui credunt in
dño subuerti uiderit babylionem. & aeternitate comparatam omnem longitu-
dinem esse uicinam; Degeneribus bestiarum immo monstrorum breuiter dixi-
mus. quia in priori libro. iuxta hystoriam ex parte perstrincta sunt; hoc quoque
considerandum. quod postquam ecclesia facit sermo. et doctrina saluatoris. orbem
confusionis euerterit. ita ut sodomae & gomorrae comparetur. non habitetur
a scis uiris. nec pastores requiescant in ea. qui xpi gregem pascere consuerunt.
sed contrario requiescant ibi bestiae. & dracones. & struciones. Et pilosi saltent
in ea; Quicquidem heretici loquuntur in synagogis satanae. non est doctrina
dñi. sed ululatus daemoniorum. & pilosorum. quos imitabatur esau. & sirenae
requiescent in delubris uoluptatis. quae dulcia & mostifera carmina. animas per-
trahunt in profundum. ut se ueniente naufragio. a lupis & canibus deuorentur; prope
est ergo. & instat cotidie tempus ruinae hereticorum. & non differatur eorum subuer-
sio; Miserebitur enim dñs iacob. & relinquet adhuc de isrl. & requiescere eos faciet
sup humum suam; Adiungit alienigena ad eos. & adheret domui iacob. & tenebunt
eos populi. & adducent eos in locum suum. & possidebit eos domus isrl. sup terram dñi
in seruos & ancillas; & erunt capientes eos qui se ceperunt. & subiciant exactores su-
os; Erit in die illa. cum requiem dederit tibi dñs a labore tuo. & a concussione tua.
& a seruitute dura qua ante seruisti. sumes parabolam istam contra regem babyloni-
nis & dices; Pro aduena id est psalico. Lxx. gioran interpretati sunt. qui hebrai-
cae ger dicitur; unde puto & morsii filium qui aduenerat. in terra nominatum
a patre gersan; Ergo gioran non est uerbum hebraicum. graeca consuetudine
declinatum. licet quidam hebraei sermonis ignari. graecam in eo aethi-
mologiam exprimere conentur. ab eo quod terrena rei curam habeat; Ger enim
sup quidam terra appellatur; Et hora fr. hontis. id est sollicitudo; sursum pro ma-
sal. quam aquila & firmachus & theodotio parabolam transtulerunt. quos &
nos secuti sumus. Lxx. plangendum interpretati sunt; Est autem ordo; postquam

babylon deserta fuerit in aeternum. ita ut habitatio bestiarum sit. Miserebitur dñs
iacob. & eius uidelicet. qui uita sub plantabit. & elegit isrl. eum qui mente conspici
dñm; & nota uerborū proprietate; iacob qui adhuc in lucta positus est. ei miserebitur.
Israheli uero qui post uictoria nomen accipit. non misericordia sed electio coaptatur;
Et quiescere quoq; eo faciet sup terram suam. de qua saluator loquit; beatimites. qm̄
ipsi possidebunt terram; Et credo uidere bonam dñi in terra uiuentium; Adiungetur
quoq; domus iacob. qui electi sunt per apostolos gentium. & tenebunt reliquias domus isrl.
& adducunt eos in locum suum. ut habitent in tabernaculis eorum; & possidebit eos do
mus isrl sup terram dñi in seruos & ancillas; prodest quippe malis. ut boni seruiant;
Unde & esau dicitur; serues fratris tui; & iacob; seruet tibi frater tuus; & accipiant eos
quis. ^hesopismatibus ante deceperunt. Et exactores suos qui omnia lucri causa faciunt.
redigentes in seruitutem; postquam autem requieuerit iacob et isrl a labore suo.
quo multū contra seculum ethereticos pugnando laborauerat. Et a confusione &
seruitute sua qua maligne interpretatiōni. & falsis dogmatibus ante seruerat. Tunc
sumat plantum atq; parabolam contra regem babylonis. sermonem uidelicet hereti
cum erroris & confusionis. Et dicit quae sequunt; locum istum iudaei interpretantur
carnaliter. Quod postquam reuersi sunt de babylone factum esse docere non potu
erunt; neque enim babylonii seruerunt eis. Qui eos prius cōeperant. nec uictis babi
lonis domus eorū possiderunt. neque habuerunt eos in seruos & ancillas; restat
igitur. ut iuxta fabulas suas de imperio hoc futurum esse romano. Quibus supera
tis in ultimo tempore. seruiture sint eis gentes quibus ante seruerint. Quod sequen
tes litteram. spe se falsa decipiunt; Quis eis concedit. ut roma uocetur babylon. Et na
buchodonosor rex romani imperii; **Q**uomodo cessauit exactor. qui uult tributū.
contruit dñs baculum imperiorum. uirgā dominantium. cedentē populos indigna
tione. plaga ^hsanabili. subicientes in furore gentes. persequentem crudeliter;
In petri epistola legimus; tempus est ut incipiat iudicium a domo dñi; Et in ezechiele
tor toribus dicit; a scis meis incipite; p̄ diuersitate quippe peccati. iudicii ordo disponit.
ut qui minus deliquerunt. ante purgentur. Nouissimis autē inimicus destruat
mors; Cum ergo isrl de seruitute dura fuerit liberatus. sumat parabolam contra
regem babylonis. quam debemus intellogere ut parabolam; si enim contra na
buchodonosor sermo est. & simplex historiae expositio. Quomodo parabola dicitur.

olatur.

quae nulli alteri parabolatae; miratur isrl. quomodo cessauerit exactor. qui
 exigere consueuerat usque ad nouissimum quadrantem; Exigere autē non alios
 nisi debitores. quid dicunt in oratione dominica; dimitte nobis debita nostra sicut
 et nos dimittimus debitoribus nostris; huic exactori traduntur a iudice. qui eos
 mittit in carcerē. & exigit usque ad peccatū minimum; Denique & paulus aposto
 lus. in cbrincho fornicantem. qui uxorem patris acceperat phrigelū & hermo ge
 nem tradidit exactori; Et de his exactoribus etiam supra dicitur; populus meus.
 exactores uestri dependantur uos; Et qui repperunt dominantur uestri; pro tribu
 to. aquila famem inter p̄tatus est; sublato enim a nobis sponso. famem patimur
 uerbō dī; Et iugiter corpore dñi ieiunamus; Idcirco quae uirga & baculus imp
 orum; p̄ quo lxx iugum int̄pretati sunt; p̄cutit nos siue opprimit. quia no
 luimus sustinere iugum leuissimum. iugū saluatoris; hoc autē baculū & haec
 uirga. in sanabili gentes furore cedebat. Et fugientes persequobatur crudeliter.
 non emendare uolens traditos sed occidere; Conquieuit & siluit omnis ter
 ra. gauisa est & exultauit; Abietes quoq; letati sunt super te. & cedri libani. ex
 quodormisti; Non ascendit qui succidat nos. infernos sub̄ conturbatus est
 in occursum aduentus tui; suscitauit tibi gigantes. omnes principes terrae sur
 rexerunt desolati sunt; Omnes principes nationes uniuersae respondebunt & dicent
 tibi; & tu uulneratus es sicut nos. nostri similis effectus es; detracta est ad in
 feros supbia tua. Concidet cadauer tuum. subter te sternitur tinea p̄putredo
 & operimentum tuum erunt uermes; Ad interitum regis impii. qui p̄cutiebat
 plaga insana bili nationes. & persequobatur eas crudeliter; Omnis terra con
 quieuit & siluit. quae prius turbarum & seditionis plena erat. intantū ut abie
 tes & cedri libani laetarentur; De quib; in psalms scriptum est; uineam de ae
 gipto transtulisti. & iecisti gentes & plantasti eā; Operuit montes umbra
 eius. Et arbusta eius cedros dī; has cedros dī quā aliquando peccauerunt. tra
 didit dñs supplicis conterendas; Unde in alio psalmo dicitur; contere dñs ce
 dros libani; Abietes autem excelsi quiq; & in dñi uirtute sublimes debent
 accipi. quae consona uoce dixerunt; Ex quo tu dormisti; Nota qd & mortis
 mors appelletur dormitio; Non ascendit qui succidat nos; Victo enim forti &
 direptis uasis eius. etiam ceteri satellites corruerunt; Unde & dñs loquitur

in euangelio; Ite in ignem aeternum! qui p̄paratus est diabulo & angelis eius;
Quantis iftelignorum arborum q̄ caesores suis securibus succiderunt! Et fecere
corrūere; Infernus quoque conturbatus. siue uersus in amaritudinem. in occurſu
aduentus uiri nabuchodonosor; Locus suppliciorum atq; cruciatuū est. In quo ui
detur diues purpuratus a quem descendit & dñs. ut uinctos de carcere dimitte
ret; possumus infer^{nu} occurrentē dicere euangelium! qui inferis poenis p̄posi
tus est! qui succidit omnes gigantes; pro quo alii raphaim. alii titanas
transulerunt; gigantes autē uocantur iuxta phoenicorum consuetudinem.
R qui eos regens aestimant quos terra genuerit; Nos autem gigantes iuxta
graeci sermone aethriologiam eos appellare possumus. qui terrenis
operibus seruierunt; Denique sequitur; Omnes principes terrae consur
rexerunt desolis suis. in aduentum quosdā principis sui! ut quem prius ho
norabant p̄ potentia. postea mirarentur in poenis. et dicerent; Et tu uulne
ratus es sicut ^{nos} ceteri similis effectus es; Quae uerba hunc sensum habent;
putabamus nos in becillitate nrā non potuisse resistere potentiae dī. Ecce
esse solum qui in terra altitudine permanes. sed iterū ostendit. & uulnera
tus & captus es. nos itaq; similis effectus es. ut quos in terra dignitas separa
bit. apud inferos poena consociat; Detracta est ad inferos supbia uel glo
ria tua. & concidet cadaver tuum sicut Iax transulerunt! multa laeti
tia tua. qua prius subiectis tibi gentibus laetaberis. subter te sternitur pu
tredo. operimentum tuum erunt uermes; haec requies diaboli. iste lectus
temptatoris. qui intantum erectus est supbiam. ut etiam dñm auderet temp
tare dicens; haec omnia tibi dabo. si p̄cidents adoraueris me! putredo & ti
nea operimentū uermium. uel poenae intellegantur aeternae quas p̄pria
gignit conscientia. uel suppliciorum materia. quae ex p̄priis peccatis
nascitur; sicut enim quam diu cadaueris materia est. Et aliquis humor
in cadauere. uermes nascuntur ex putredine. sic ex ipsa materia peccato
rum supplicia gignuntur; Unde et apostolus paulus. interfecta morte ad
quam per oseae sermo p̄pheticus loquebatur. Ero mors tua o mors. ero
morsus tuus inferne! Locutus ^{est} ad eam; ubi est mors contentia tua. ubi est
mors famulus tuus; Illa enim mors tua non est qui succidat nos; nequaquā

enim erit peccatum quod succidendum est. quia stimulus mortis peccatum est. Quomodo caecidisti de caelo lucifer. qui mane oriebaris. Corruisti in terram qui uulnerabas gentes; Lxx; Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur. Contritus est in terram. qui mittebat ad omnes gentes; pro lucifero qui bebraicae dicitur helil. aquila transtulit. ululate aurora filium; uere enim ululare debuit & heulare. quia propter superbiam suam de caelo in terram precipitatus est atque contritus. Unde & saluator ad discipulos loquitur. uidebam satanam quasi fulgur de caelo cadentem; non modo uideo. sed prius uidebam quando corruit. Et si ille propter superbiam de tanta magnitudine cecidit. uos quoque non debetis gloriari. quia uobis daemones subiecti sunt. sed quia nomina uestra scripta sunt in caelo. Ut unde ille cecidit pro superbiam. uos ascendatis per humilitatem. Iste est princeps saeculi qui inter stellas ceteras mane oriebatur. Et suo uitio de lucifero uesper effectus est. & non oriens sed occidens. qui uulnerabat gentes satellites suos. ut omnes sua fraude deciperet; isti sunt falsi apostoli. operarii mendaces. qui transfigurantur in apostolos christi. qui bono semini lolium superseminant. dormientibus ecclesiarum magistris. & inolentibus aut nequeuntibus eorum malitiae resistere; iacob autem & israhel. cuius miseratus est quem elegit dominus; haec adhuc loquitur ad diabolum. si uent Lxx uolunt diabolo. id est non ad secundam personam. sed ad tertiam; Qui dicebas in corde tuo. in caelum ascendam. super sidera dei exaltabo solium meum. sedebo in monte testamenti. in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium. ero similis altissimo; Uel ante quam de caelo corruerit ista dicebat. uel postquam de caelo corruerit; si adhuc in caelo positus. quomodo dicit. ascendam in caelum; sed quia legimus. caelum caeli domino. Cum esset in caelo id est in firmamento. in caelum ubi solium domini est cupiebat ascendere. non humilitate. sed pro^{su}bia; si autem postquam de caelo corruit ista loquitur uerba. adrogantiam debemus intellegere. ut nec precipitatus quiescat. sed adhuc sibi grandia respicit. Non ut inter astra. sed super astra disit. Cumque dominus loquatur ad apostolos. sufficit discipulo ut sit quasi magister. Et seruo sicut dominus suus. Et dicat ad patrem. pater sanctae. da ut sicut ego & tu unum sumus. ita & isti in nobis unum sint. iste in tantum ut super stellas caeli quae non corruerunt

Rx

J

solum suum positurum esse iactet; quodque infert; sedebo in monte testamenti.
in lateribus aquilonis; p quo lxx transtulerunt in monte sublimi; sup montes
excelsos qui sunt ad aquilonem; Ad illud referamus quod in hieremia dicitur;
ab aquilone exardescunt mala sup omnes habitatores terrae; Et quod olla
succensa a facie aquilonis accenditur; iste est aquilo uentus durissimus; a quo
suos uult dñs liberare captiuos; & reducere in ciuitatem sc̄am dicens; dicam
aquiloni adduc; Et a frico noli phibere; Adduc filios meos de terra longinqua;
illud autem quod huic potest esse contrarium; montes sion latera aquilonis ci
uitas regis magni; facile soluitur; hi enim qui quondam erant in lateribus
aquilonis; durissimi postea per paenitentiam in ciuitate dī esse coeperunt;
semper istius modi lucifer quaerit ascendere sup eos qui habent imaginem caeles
tis; & fulgent in ecclesia sicut astra dī; Et sedere in monte pacti siue testamenti;
id est in ecclesia quae in sublimibus collocata est; & de lateribus aquilonis quondam
habitatores possidet; qui in tantum oblitus sui est; ut uellet sup nubes ascendere;
quibus nubes mandauit dñs ne pluant sup isrl̄ & ymbrem; Et ad quas puenit ueri
tas dñi; Cui loquitur & ab dias; si exaltatus fueris ut aquila; Et inter sidera caeli
posueris nidum tuum; Inde te de traham dicit dñs; Infelix iudas qui quasi nubes
cum aliis apostolis mittebat sup isrl̄ & ymbrem; et qui stella inter ceteras stellas
erat; quibus dñs loquebatur; luceat lumen uestrum coram hominibus; ut in suo
ascensore suscepit diabolum; qui ut supbiae uerba compleret. etiam hoc ausus est
dicere; ero similis altissimo; ut quomodo xps habet pphetas & apostulos suos; sic
& ego habeam pseudo pphetas & pseudo apostolos; haec autem omnia referen
da sunt ad hereticos; Quicum deorsum sint cum principe suo; excelsos esse se iac
tant; Verum tamen ad infernum detraheris in profundum lacu; Lxx; Nunc
autem in infernum descendes; Et ad fundamenta terrae non ad
infernum sponte descendes; hoc enim dñi saluatoris est; ut in uinctos de inferis
liberet; sed ad infernum detraheris inuitus; ut qui per uirtutes poterat ad celsa
conscendere; per uita detraheris ad poenas; sc̄i pennas habent aquilae; Et
pennas columbae; Et possint dicere; uolabo & requiescam; Impii autem & aegyp
tiorum similes; dimersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus; Et dimersi
in profundo sicut lapis; Unde & iniquitas; siue melius habetur in hebraico. Impie

tas sup talentum plumbi sedere conspicitur; Ergo illud qđ alibi legimus: omnis qui
 se exaltat humiliabitur. Etiam rex confusionis passus est: ut de traheretur in
 fundamenta terrae: siue ut uerius habetur in pfundum lacu; de fundamentis
 terrae in deuteronomio scribitur: Ignis accensus est in furore meo: ardebit us
 que ad infernum nouissimum; deuorabit terram & fundamenta eius: eos uide
 licet qui terreni sunt; de lacu quoque pfunda significantur inferni; illa sunt
 testimonia; ad similitudinem cum descendentes in lacum; Et posuerunt me
 in lacu nouissimo; sicut enim lacus aquas ad descendentes: Ita infernus animas
 suscipit; ad quem lacum descendit heleana: tempore uisus & frigoris interfecit
 in eo leonem; Unde et heretici relinquunt fontem aquae uiuentis dñi: & fodiunt
 sibi lacos contritos: Quia quam non ualent continere de his lacis: qui feruore non
 habeant sp̄s sc̄i. Ne hieremiae pphetae simile sunt: qui iuxta lxx interpretes
 loquebatur: Inueni aquam calidam in deserto: sed refrigerante caritate: calo
 re sc̄i sp̄s perdidit; ille est lacus: de quo hieremias loquitur; sicut refrige
 rat lacus aquam: sic refrigerat malicia habentes se; Quia tamen iuxta apoca
 lypsin iohannis: aut calidi essent aut frigidi: id est aut crederent: aut omnino
 non crederent: Ne per tempore & simulationem fidei: ad dño reicerentur;
 Qui tunc uiderint ad te inclinabuntur: te que prospicient; Numquid iste est
 uir qui conturbauit terrā: qui concussit regna: qui posuit orbem desertum:
 Et urbem eius destruxit: & uinctus eius non apperuit carcerem: siue ut lxx trans
 tulerunt: eos qui ducebantur non solum; qui uiderent nabuchodonosor regē
 babilonum: non oculorum sed cordis intuitu de caelo ad inferos corruisse:
 Inclinantur humilitate quae contraria est superbiae: & illum prospiciunt
 ista dicentes; Nonne iste est uir siue homo: qui conturbauit siue concitauit ter
 ram; Et est sensus; quidixerat eros similis altissimo: & se iactabat dñi: homo
 esse conuictus; de quo in nono psalmo quipriae contra diabolum est dicitur:
 Exsurge dñe non confortetur homo; & in euangelio; inimicus homo sup semi
 nauit zizaniā; Unde ad eum & socios eius dictum legimus; Ego dixi di es
 tis & filii excelsi omnes; Uos autem sicut homines moriemini: & sicut unus
 de principibus cadetis; Et ad eundē sub figura principis tyri dicitur; pro eo
 qđ exaltatum est cor tuum: & dixisti dñs ego sum habitationem dñi R

habitaui in corde maris. Tu autem es homo & non di. & dedisti cor tuum sicut cor
di. iste uir & iste homo conturbauit uniuersam terram. eos uidelicet qui audi
unt eum. adam terra es & interram ibis. & concussit regna siue reges. quoru
cor in manu dñi est. Concussit inquit non subuertit. Unde & unus de his qui con
cussi fuerant. Et tamen non ruerunt. Loquebatur; mei autē poene moti sunt
pedes; apostolus loquitur ad credentes. ut arripiant armaturā di. Et stent contra
insidias diaboli; domus autem quae sup petram fundata est. nulla tempestate
concutitur; sequitur; Qui posuit orbem terrarum desertum. siue iuxta hebra
icum. p̄ter lxx. omnes aliter transulerunt. quasi desertum; Uritus enim suis
atque peccatis orbem quē hebraicāe dixerunt Thebel. fecit esse desertum.
ut nullam habere uirtutem. uel idem subiacere uitis. quibus gentium plena est
solitudo; Urbes quoque eiusdem destruxit orbis. ut de ecclesiis xpi. faceret srna
gogas diaboli; & mundiciam uerē fidei heretica sorde pollueret; sed & uinctis
eius id est orbis non apparuit carcerem; Nos omnes uincti eramus. & clausi te
nebamus in carcerem; quibus uinctis dixit saluator; exite. & his qui erant in tene
bris reuelamini; dñs soluet compeditos; qui liberati ab eo. gratias referunt dicen
tes; tu dissoluiti uincula mea; funib; enim peccatorum suorum unusquisq; con
fringitur; Quos funes atque uincula soluere possunt Et apostoli imitantes ma
gistrum suum qui eis dixerat; quaecumq; solueritis super terram. erunt soluta & in
caelo; soluunt autem eos apostoli sermone di. & testimonia scripturarum. & ex
hortatione uirtutum; Omnes reges gentium dormierunt in gloria. unus
quisq; in domo sua; tu autē p̄iectus es de sepulchro tuo. sicut sanies pollutus cum
interfectis & confossis gladio. quid descendunt ad lapides lacu; Lxx; Omnes
reges gentium dormierunt in honore. homo in domo sua; Tu autē p̄iectus in mon
tibus. sicut a bestium abominabilis & inuolutus. & interfectus gladio. descenden
tibus ad fundamenta terrae; reges gentium quibus dñs secundum canticum deu
teronomii gentes crederat gubernandas. Qui concussi sunt a nabu chodonosor.
& tamen non subuersi. quorum nequaquam regnat peccatum. sed quia cor eoru
in manu di erat. minime corruerunt. & enim soluitur. quod quomodo dñs de
orum appellatur. sicut dñs dominantium & rex regum; Isti igitur reges. uni
uersi requieuerunt in gloria sua. Unusquisque in domo sua; diuersae

quippe sunt apud patrem mansiones. Et prouarietate uirtutum. habitationum
differentiae. Porro nabuchodonosor pro iectus est de sepulchro suo. Nec in mor-
te a cruciatibus conquiescens. Proiectus autem quasi sanies. quae hebraicæ dicitur
neser. quam aquila ichora interpretatus est. tabum uidelicet putorem. Quæ
& simachus & roma id est ab hostium. Lxx mostium. Theodotio germen; quan-
quam hoc ipsum uerbum supra ubi de xpo legimus. Egre die tur uirga de radice
iesse. Et flos de radice eius ascendet. Lxx. florem. theodotio germen. Aquila
à cremona id est uirgultum interpretatus sunt; propriæ autem neser dicitur
uirgultum. quod a radice arborum nascitur. & agricola uulsum quasi in-
utile picitur. Unde & nos stirpem inutilem transtulimus; Igitur nabuchodo-
nosor. quasi stirps inutilis incendio pparatus. uel sicut sanies pollutus. obuolutus
his qui ab eo interfecti sunt gladio. Et descenderunt usque ad fundamenta laci.
de tra he tur usque in profundum. & necum his quidem habebit consortium sepul-
tæ. quos inter fecit; Alterius enim poenæ est auctor delicti. & alterius qui ab au-
tore compulsus est. Iste est gladius quo uulnerati sunt plurimi & interfecti; de
quo & in vii. psalmo legimus; nisi conuersi fueritis. gladium suum uibrabit. ar-
cum suum tetendit & parauit eum. Et in ipso parauit uasa mortis. sagittas suas
ardentibus effecit. hi uidelicet qui in suum cor. ignita diaboli iacula susceperunt
porro iuxta Lxx. cadauer nabuchodonosor. cum plurimis interfectis pollutum
atque confossum. iacebit. In supbiae montibus. & deducetur ad inferos; funda-
menta autem laci. p lapidibus laci interpretatus est simmachus. utalis uer-
bis profundum & tartarum significaret inferni. Quasi cadauer putridum
non habebis consortium. neque cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam
disperdidisti. populum tuum interfecisti; Lxx; quomodo uestimentum mix-
tum sanguine non erit mundum. sic peccaueris mundus. quia terram meam
perdidisti. & populum meum interfecisti; Quia multum inter se hebraicum
distat. et Lxx editio. separatim de singulis disseramus; sicut cadauer putri-
dum. siue ut aquila transtulit conculcatum. non habebis consortium sepul-
tæ. ne cum his quidem quos inter fecis en tu; Tu enim magis tenes illi fuere
discipuli. Et cui plus creditum est. plus exigitur ab eo; Tu terram tuam
disperdidisti. Tu populum tuum occidisti. eos uidelicet qui tibi crediti sunt.

gentes cas

gubernandi; Unde & ^{ad}saluator em audet dicere. haec omnia mihi tradita sunt.
& dabo tibi ea. si p̄cideris adoraueris me. Cadauer autem diabali putridum ob
magnitudinē peccatorum. dubitari non poterit quilegerit peccatum esse fea
dissimum. ipso peccatore dicente. Computruerunt & corrupta sunt cicatrices
meae. a facie insipientiae meae. Et contrario uirtus boni odoris est. unde spiri
taliū fratrum dilectio comparatur unguento. quod descendit sup̄ barbā
barbam illius aaron. & sup̄ horā uestimenti eius. Et ad sponsam sponsus loquitur.
odor tuus suauis. Et facies tua speciosa. Quomodo autem cadauer diabali spiri
taliter conculcetur. illud apostoli docet. d̄s conteret satanam sub pedibus uestris
uelociter. & d̄ni uerba dicentis. quasi lutum platearū delebo eos. iste quia d̄
terram sibi. reditam p̄didit. & commissum sibi populum trucidauit. pequa
quam eos uiuos reseruans d̄o. sed socius siue p̄parans sepulturae. Propterea
non erit. nec uocabitur in aeternum semen pessimorum. Porro iuxta Lxx
hunc habet sensum. o lucifer qui mane oriebaris. qui quando habebas opera
uirtutis & luminis. uestimentū eras d̄i. & de te d̄ci poterat. amictus lumine si
cut uestimentum. Quia multos interfecisti gladio. qui descenderunt ad infer
num. & eorum pollutus es sanguine. pequa quam uocaberis uestimentum d̄i.
sed uestimentū cruore p̄mixtum. Non maculatum atq; pollutum. ut aliquid
mundi habere uidearis. sed totum sanguine cruentatum. Et hoc notandum
quod ad diabolū dicatur. sicut uestimentum commixtum sanguine. non erit
mundum. sic & tu non eris mundus. ubi sunt ergo quidam diabalo p̄nitentiā.
& dicunt illum posse mundari. nec statim patebimus heresi. quae diuersas ad
iciat esse naturas. Et aliam esse quae nunquam recipiat sanitatem. pon enim
hoc uestimentum per se immundum est. & ita ad d̄o conditum quo olim d̄s uestie
batur. sed quia commixtū est sanguine. & totum se polluit suo uitio. & malis
accidentibus non erit mundum. quia terram d̄i perdidit. & populum eius
interfecit. terram iudeā & terram confessionis. & sc̄os quosq; p̄dens atq;
interficiens. Et ideo non manebit in p̄petuum. Unde & in euangelio dicitur.
ite in ignem aeternum. qui p̄paratus est diabolo & angelis eius.
Quomodo autem sic uestimen
tum d̄i & uestimentum nouum. Et uer
titus salutis t̄m̄icam atque laetitiae dicens. Exultet anima mea in d̄na.

12

Induit enim me uestimentum salutis. & tunicam laetitiae circumdedit me.
sic e contrario peccator. qui portat imaginem ueteris hominis atque terreni.
meretur audire. ecce enim omnes uos quasi uestimentum ueteris sumini. Et ti
nea deuorabit uos. Quia autem profiterit in scelere. & uetustate noluerit emen
dare nouitatem. nequaquam ueteri uestimento. sed panna menstruate
mulieris comparabitur dicens. Errauimus et facti sumus in mundi omnes. nos
sicut panna menstruate. Uniuersa iustitia nostra. Semen pessimum ppa
rate filios uestros. Occidi iniquitatem patrum suorum. non consurgent nec
hereditabunt terram. neque implebunt faciem orbis ciuitatum. & consurgam
sup eos dicit dñs exercituum. & pclam babylonis nomen. & reliquias pgenie.
& germen ait dñs. Lxx. semen pessimum ppara filios tuos occisioni. & peccata
patris tui. ut non consurgant & possideant terram. Et impleant terram ci
uitatum. & consurgam eis dicit dñs sabaoth. Et disperdam nomen eorum &
reliquias et semen p semine pessimo. quod Lxx transtulerunt. In hebraeo
scriptum est. Zeramrim. quod ceteri semen pessimum interpretati sunt.
non quod ipsum semen per se ipsum malum sit. dñs enim omnia fecit bona. sed
ab his qui sua uoluntate sunt pessimi. semen ortum sit malum. quod uolunta
te sit non natura. Unde & in danihele legimus. semen chanaan & non iuda.
Et de bonis filius dicitur ad apostolo. in xpō ihū p euangelium ego uos genui.
& in euangelio. quot quot eum susceperunt. dedit eis potestatem ut filii dī
fierent. Omnis enim qui facit peccatum. de diabolo est. huic igitur pcepit
semini. ut filios suos omnes scilicet cogitationes pessimas. & opera mala pparet
occisioni. quae ex impiis nata sunt patribus. haud dubium quin contrarias
significet fortitudines. qui pessimi filii ideo trucidantur in iniquitatibus
patrum suorum. ne ultra consurgant & possideant terram. quae a scis possi
denda est. & implenda. ut ciuitates in ea dñi conseruent. & quia non est
hominum pfecta uictoria. nisi enim dñs custodierit ciuitatem. In uanum
uigilabunt qui custodiunt eam. Ideo dñs ipse consurgit aduersum filios
pessimos. & disperdit de confusione nomen & reliquias. omne germen & pge
niem. ne ultra pollulent inurbibus dñi. legimus in euangelio. quod diabo
lus ab initio mendax sit. & pater eius id est mendacii. Quod multa non intel

legentes. patrem diaboli uolunt esse draconem. qui regnat in mari. quem hebraei appellant LEUATHAN. & hoc putant locum conuenire presentem. Iuxta LXX inter preses. qui dixerunt pro peccatis patris tui. cum pspicue in hebreo aptho tham non patris tui. sed patrum tuorum significet. Et ponam in possessionem hericu. & in paludes aquarum. scopabo eam scopaterens dicit dñs. LXX. Et ponam babyloniam desertam dicit dñs. Ita ut habitent in ea hericu. Et erit in nubili. & ponam eam in luti uoraginem in pdicionem. Cum pdiderit dñs exercituum nomen babylonis. & reliquias. Et germen. & uniuersam pgeniem. Ponerit eius contritionem & contentus. nisi dederit eam possessionem hericu. & paludes aquarum. Et scopauerit eam. scopa non leuiter & fortuitu. sed terent ut nihil in ea antiquarum sordium resideat. In actibus apostolorum scribitur. In uaso illolinteo quod quattuor dimissum principis pendebat e caelo. Omnia genera quadrupedum & reptilium & uolatilium continere. quod postea apostolus disserens. dñs inquit ostendit mihi nullum hominem immundum dicere. Moris ergo hominis in diuersis animantibus monstrabantur. sicut pharisaei & saducaei. propter nequitiam appellantur gemina uiperarum. Et propter dolos. herodis uulpis dicitur. Et luxoriosi. pni que ad uoluptatem. equi appellantur. Insanientes in feminas. Et nolite fieri sicut equus & mulus in quibus non est intelligentia. Et e contrario innocentes colubae uocantur & oues. Igitur iuxta doctrinam dñi saluatoris. qui curas istius saeculi. Et seductionem diuitiarum spinas appellauit. Erius mihi uidetur qui iuxta apostolum gaudet in incertum diuitiarum. Et armatum se non armatura di. sed in spinas atq; peccata huius mundi esse confidunt. Cui rectissime dicit illud euangelicum. stulte hac nocte auferetur anima tua a te. quae autem paraasti cuius erunt. Tales habitatores. habet babylon. deserta uirtutibus. ubi non est ager in riguis qui adferat fructus diuersorum seminum. sed paludes infer tales limosae ac lutosae. in quibus coeno gaudetia reptant animalia. Quam obrem clementissimus dñs. scopauit eam uehementissime terens. & quasi quodam uerticulo ad purum usque munda uit. ut babylon aperiat. & solis habitentur hericu. quando uiderimus aliquem diuitiarum immersum luto. & ut laxa interpretati sunt baratro.

B

hoc est profunda uoragine. & quasi coenosa palude circumdari. **P**robite museu
 appellari ericium. habitatorum deserti babilonis. **I**urauit dñs exercituum di
 cens; si non utputaui ita erit. Et quomodo mente tractaui. sic euemet. **U**t contera
 assirium in terra mea. & in montibus meis conculcemeum; & auferetur ab eis iugum
 eius. & bonus illius ab humero eorum tolletur. **P**ostquam ericius habitauit
 in deserto babilonis. & agris in riguis ac profectibus. paludes cuncta operuerint.
 Ita ut nihil pristini seminis & abundantiae babilonis resideat. **I**uramentum dñi
 complebitur. **E**t ueniet quod mente tractaui. ut conterat assirius in terra eius.
 & in montibus illius conculcetur; hostis quippe temerarius. non solum terram di
 & humilia quaeque occupare festinat. sed etiam eos qui in di seruitute uirtuti
 bus profecerunt. Ita ut montibus comparentur. & dicatur de eis. fundamenta eius
 in montibus sanctis. & nota proprietatem; **I**n terra conteretur. in montibus di ab ipso
 dño conculcatur; **C**um enim omnes inimici positi fuerint sub pedibus xpi. ita ut no
 uissima destruat mors. **T**unc auferetur a sanctis grauisimum iugum assirium qui
 eos antedepresserat. **E**t bonus siue uirtus lxx transtulerunt. **C**adus id est gloria
 ab humero eorum tollatur. **U**t sublato iugo assiriorum. uideant requiem quia
 bona est. & terram quia uberrima est. & subponant ceruices suas iugo xpi ad la
 borandum. & fiant uiricole. **U**nde & isachar qui interpretatus est mercis. **Q**ui uirtu
 tibus nomen accepit. & in propheta legimus; **E**st merces eius qui seruiunt dño. **E**t
 in alio loco; **E**cce merces dñs eius cum eo. qui reddet unicuique secundum opus su
 um. **Q**uod autem conteratur & conculcentur assirium id est contrariae fortitu
 dines. **E**t illud euangelicum. ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes
 & scorpiones. & super omnem uirtutem inimici. **E**t apostoli uerba testantur. **D**ñs
 conterat satanam sub pedibus uestris uelociter; **H**oc consilium quod cogitaui su
 per omnem terram. & haec manus extensa super uniuersas gentes; **D**ñs enim exercitu
 um decreuit. & quis poterit infirmare. & manus eius extensa. **E**t quis auertit eam.
Pro omni terra. **L**xx. uniuersum orbem interpretati sunt; **I**n finem oneris uel uisionis
 contra babilonem. quod latitabat aperitur. **C**dm cogitasse consiliu super omnem
 terram. **I**deo orbem terrarum. & non contra terram caldeorum. & regem assiri
 orum atque caldeorum. **E**t extensam siue eleuatam manu in eius super omnes gen
 tes. & non super unam gentem babilonem; **E**x quo ostenditur cuncta quae dicta sūt.

ponadunam puinciam specialiter: sed contra orbem terrarum generaliter
pertinere; quod que dicitur: quis poterit infirmare. & quis auertere eum. non
p̄ difficile debemus accipere: sicut illa legitur: quis sapiens & intellegit haec.
Et quis putas fidelis & prudens dispensator. Et cetera his similia: sed p̄ impossibi
li; nullus enim poterit dñm infirmare consilium: & manum eius excelsa siue
sublimem ne percuciat auertere; In anno quo mortuus est rex achaz: fac
tum est onus istud; ne laeteris p̄ b̄rlitea omnis tu. qm̄ comminata est uirga
p̄ cussoris tui; de radice enim colubri egredietur regulus: & semeneus
absorbens uolucrum; & pascentur primogeniti pauperum: & pauperes fiducia
liter requiescent; & interficere faciam fame radicem tuam: Et reliquias tu
as interficiam; LXX; Anno quo mortuus est rex achaz: factum est uerbu
istud; ne laetamina alienigenae omnes. Contritum est enim iugum eius qui
percutebat uos; siquidem de semine serpentis egredientur gemina aspidu.
Et de geminibus eorum egredientur serpentes pennati; Et pascentur paupe
res per eam: & pauperes homines in pace requiescent; Interficiet infame se
mentuum: & reliquias tuas occidet; Mortuo achaz: qui interpretat̄ sata schesis.
id est obtentio siue possessio: quem regem impiis simum legimus: sic pondus
istud sup̄ p̄rlitim siue uerbum; uiuente enim illo & regnante in peccatori
bus: nec pondus contra alienigenas. nec sermodi fieri poterat ad p̄phetam;
quod quidam & sup̄radixisse me memini: quando ozia mortuo. uidit isaias
dñm sedentem sup̄ thronum excelsum & eleuatum; & in exodo legimus: quod
postquam mortuus est rex aegypti: ingemuerunt filii isrl̄ ab operibus suis & excla
mauerunt: & ascenderit clamor eorum ab operibus: & exaudierit dñs gemitu eorum;
uis enim misericordie esse qd̄ dicebatur: magis illo regnante clamare debuerant:
quando luto lateribus seruebant; p̄cipitur ergo p̄rlitim in quos nunc palestinos
uocant: & semp̄ a lxx. a lophrliti. id est alienigenae transferuntur: Et dicit̄ eis:
ne gaudeat. ne laetentur: qm̄ contriuerint uirgam uel iugum p̄ cussoris sui; que
enim diligit dñs corripit: & castigat omnē filium quem recipit; Et quasi filios nos eru
dit dñs: quando uisitat in uirga iniquitates nostras: & in flagellis peccata nra: ut mi
sericordiam suam non auferat a nobis; haec est uirga de qua & in psalmo scriptu est;
uirga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt: haec est uirga & hoc iugum qd̄ ceruicibus;

14
omnium uult saluator inponere. Ut deposito iugo nabuchodonosor. portent iugū
xp̄i. quod si quis abiecerit atque contriuerit. statim de semine siue radice serpen-
tis qui est coluber tortuosus. egredientur aspides & regulus. Et de aspidibus. exi-
bunt serpentes uolantes siue qui absorbent uolucres. Abiecto autē iugo dī. &
contrita dñi disciplina. primum cogitationibus nostris semencolubri radicatur.
secundo semine pessimo nascit^r regulus qui ex serpenteum est. & a flatū suo atq; con-
spectu homines occidere dicitur; siue genimina aspidum. de quib; in psalmocant^r.
uenenū aspidū sub labiis eorum. quae peccata sunt uaria. Et de cogitationū pessimo
thesauro & malo opera prumpunt; Cumq; regnauerint in hominib; alienigenis
qui adō alieni sunt. statim egrediunt^r serpentes pennati. ut non sufficiat eis cogi-
tasse & fecisse quae mala sunt. nisi patrocinium quoq; malorum operū quaesierint.
& diuersas finxer^{int} hereses; Ego puto serpentes esse pennatos. qui se exaltant & ele-
uant contra scientiam dī. & ponunt in caelo os suum. uel qui absorbent uolucres. hoc
est qui uenenato ore singulos quodque uolare cupientes. Et ad excelsa consurge-
re. suis faucibus deuorant; Et hoc interim de malis; Ceterum qui non contriuer^{int}
uirgam & iugū percussoris sui. sed ceruicem suam dño subiecerunt. Et sunt paupe-
res spū. pascentur & dicent; dñs pasce me. & in uulnibus meis erit; Et ad dño audient; In
pascua uberissima pasca eos. & ingredientur & egredientur. & pascua inuenient;
Et pascentur pauperes spū qui eos percussit ut emendent. & in pace requiescent;
siue pastore sollicito. ipsi agent fiducialiter. & cum lazaro requiescent in sinu abra-
ham; qui autem contriuerunt iugum & uirgam percussoris sui. famem perpetu-
am sustinebunt. ut non alantur sermone dī. sed omnes eorū reliquie intereant.
nequid de malo semine germinetur; Ulula porta. clama ciuitas. prostrata est
pbr listea omnis; ab aquilone enim fumus uenit. & non est qui effugiat agmen
eius. & qui respondebitur nuntis gentis. qui ad dñs fundauit sion. Et in ipsa spera-
bunt pauperes populi eius. Pronuntia si de angelis. quos solus srmachus transtu-
lit. Omnes reges inter p̄tati sunt. uerbi ambiguitate decepti. quia p̄ter unā litterā
alef. quem in angelorū uocabulo addita est. Eodem reges & angeli apud hebrae-
os appellantur nomine. id est malache; in libro hebraicorū nominum. reperi
pbr listam inter p̄tari cadentes poculo; Qui ergo in ebriatis sunt calice babilo-
nis. Et biberint unum in quo est omnis luxuria. & inter cetera uitia propter

ebrietatem regnum dñi iuxta apostolum non fuerint consecuti. his praecipitur
ut porta eorum ululet. & clamet ciuitas porta hereticorum; hos arbitror qui blas
phemant. & ciuitatem animamq; malorum cogitationum thesaurus est; haec ululare
debet & plangere. quia omnis prostrata est in terramq; deiecta. & nihil in ea sanę in
tellegentia esse dñique sapientiae. Quare ululat porta. quam ob causam clamat ciui
tas. quia prostrata est omnis phylistea; ^{Cur} quare prostrata sit. sequens uersus osten
dit. & ab aquilone fumus uenit. & non est qui effugiat agmen eius; fumus iste. ar
dentibus diaboli uaculis suscitatur. qui noxius est oculis. & contra riuus lumini. Et ab
aquilone oritur. a quo hieremia olla succenditur. & a quo exardescunt mala sup
omnes habitatores terrae. quia non possunt dicere. accola sum & peregrinus sicut
omnes patris mei; sed in terra habitant; unde et in uerbis legimus; aquilo uen
tus durus. & nomine autem dexter uocatur; qui cum sedurus sit & sinister. & ceruice du
rissima iugum dñi nolit recipere. uocatur dexter ab his qui ponunt dulce amarum.
& amarum dulce. qui ponunt lucem tenebras. & tenebras lucem. & nullus est qui fu
mi huius effugiat agmen. Nemo enim est absq; peccato. nec si unius diei fuerit uita
eius. Cumq; phylistea corruerit. & fumus eius uniuersa penetrarit. ita ut eum
nullus possit effugere. quid dicitur angelis qui singulis p̄ sunt gentibus. admirantibus
& scire cupientibus. quare sola sion in specula & in sublimibus conlocata amaritudinē fu
mi huius euaserit; quid dicitur dicitur eis; nempe hoc quod sequitur. qui ad dñm fundaue
rit eum. & ipse sit fundamentum eius; fundauerit autē eam sup fundamentum prudentiae
& iustitiae. sub quibus nominibus xps intellegitur; de quo & apostolus ait; fundamen
tum autē aliud nemo potest iacere. p̄ter eum qui positus est iħm xpm; qui autē fatuus
est & stulta loquitur. & cor eius uana intellegit. aedificat domum suam sup harenam.
qua non habet fundamentum; In hac ergo sion quae fundata est ad dñm. sperabunt
pauperes siue mansueti & humiles populi eius; de quibus dicitur. beatimites qm̄ ipsi possi
debunt terram; Et qui audierint dñm loquentē. discite a me qm̄ mansuetus sum &
humilis corde; qui ante gloriam humiliati sunt. & audierunt dicentē apostolū petrum;
humiliamini sub potentia manū dñi. ut uos exaltet in tempore; pauperes autē ipsi sunt. de qui
bus supra legimus; pascuntur primogeniti pauperū. & pauperes fiducialit̄ requiescent.
Onus moab; Lxx; uerbum contra moabitidē; firmachus & theodotio. ad sumptio moab;
quomodo circumcisio & carnalis est & spiritalis. & de spiritali ab apostolo dicitur.

nos enim sumus circumcisio qui spiritu dei seruimus. & gloriamur in domino & non in carne con-
 fundimur. & rursum ad distinctionem spiritalem israel dicitur de carnali. Uide te israel secundum
 carnem. Et uos gentes in carne. primo ab accipiendus est spiritaliter. qui interpretatur de pa-
 tre. siue aqua paterna. de incestu & ebrietate conceptus. quod quondam modo absente.
 Immo nesciente patre uideretur esse generatus. In multis scripturarum locis de moab
 legimus. & maxime in numerorum uolumine. quando balach rex moabitarum. ad malach di-
 cendum balaham inuitauit ariolum. quum cetera hoc etiam contra moab mysticum prophetauit.
 Orietur stella ex iacob. Et consurgit homo de israel & percussit principes moab; Quia nocte uas-
 tata est armoab conticuit quia nocte uastata est. murus moab conticuit; LXX; nocte
 perit moabitis. nocte enim perit murus moabitis; pro ar. quod solus theodotio ita posuit
 ut legitur in hebraeo. Aquila & symmachus urbem interpretatis. non considerantes quod
 inter alpha & rho elementa hebraica iot. litteram non haberet. quae si esset. recte
 ciuitas diceretur sapientia saecularis. de qua dominus loquitur per prophetam. Perda
 sapientiam sapientium. & prudentiam prudentium reprobabo. Quia auctorem sui sensum
 habet. qui ex di conditione generatur; Uidetur quidem de patre nasci. quod interpretatur
 tur moab. sed quia adulter est. & aduersarius populi dei. de incestu & spelunca hac noc-
 te generatur; unde & in nocte perit in errorem scilicet sempiternum. & aegyptii in mari
 rubro uigilia matutina. quae nocturnum tempus ostendit fluctibus obruti sunt. &
 loth sodomis nocte pereuntibus; uenit in segor. & ortus est eis sol; quod intellegens beatus
 apostolus. scribit de se. atque perfectus. non sumus noctis neque tenebrarum. sed sumus filii
 dei; qui enim dormiunt & qui in ebriantur. nocte tenebri sunt; nos enim qui die sumus
 uiuimus. induci loricae fidei & caritatis. Et quia noctem reliquerat. Et filius
 dei esse iam coeperat. loquitur ad credentes; nox praecessit. dies autem adpropinquauit. Quia
 si uide cum honestate ambulemus. non in commensationibus & ebrietatibus; non in cubili-
 bus & luxuria. pereunt autem nocte moabitidis etiam muri eius. qui dialectica arte con-
 structus est. Eadem nocte uastatus est atque destructus. & aeternam diuinitate con-
 ticuit; Porro ar. quod interpretatur antidicus id est aduersarius. hoc ostendit quod haec
 sapientia quae aduersaria dei est. ecclesiastico sermone contra se pugnantem superata
 sit; Ascendit domus et dibon ad excelsa in planctu; LXX; Contristamini in
 uobis. peribit etiam & dibon. ubi ara est illuc ascendetis ad plorandum; Omnes domus
 aduersae sapientiae. & dibon quae interpretatur fluxus eorum. Ascendit excelsa in quibus

superbierat: ut non hostias immolet sed plangat in quibus ante peccauerat. Et uera mendacium instar fluminis transit & præter fluit. & numquam potest scoli mansione consistere; sermo autem dei qui compactus & stabilis est. Unde emanauit utetur quasi glacies superficiem terrae non præter fuit sed consistit; Porro iuxta Lxx. mo ab ite merere iubentur & plangere non sup alius. hoc enim perfectorum est. sed sup semet ipsis. quia & dibon & eorū id est sermo compositus qui fluebat more torrentis periturus sit. In quo habebat quasi aram consecrationis suae. & omnes diuitias saeculares; Unde & in psalmo dicitur; diuitiae si affluant nolite cor adponere; Initium autem salutis & sua intellegere & flere peccata; Super nabo & sup medabo. moab ululauit. in cunctis capitibus eius caluitium. Omnis barbaradetur in triuis eius. Accincti sunt sacco. & sup tecta eius. & in plateis eius omnis ululat. descendit in fletum. & clamauit e sebon. & eleale. usq; iasa audita est uox eorum; sup hoc expediti moab ululabunt. anima eius ululabit sibi. cor meum ad moab clamauit. Uecteseus usq; ad segor. uitulam contra nartem; per ascensum enim lux flens ascendit. & in uiam oroniam clamorem contritionis clam lugebunt; aquae enim mem rim desertae erunt. Quia aruit herba defecit germen. uxor omnis interit; secundum magnitudinem operis. & uisitatio eorum. ad torrentem salicum ducent eos. Quam circumiit clamor terminum moab. usq; ad galim ululatus eius. Quia aquae dimon repletae sunt sanguine; ponamenim sup dibon additamenta. his qui fugerint de moab leonem & reliquis terrae; Quia omnis prophetiae huius plena est sensus. ne eam per partes proponendo lacere. simul uniuersam posui. & quid mihi secundum anagogen uideat. in singulis breuiter sermone percurram; Nabo interpretatur sessio uel prophetia. Me uaba de saltu; e sebon cogitationes; eleale. ascensio; iasa. factum siue mandatum; segor parua; lute gens. oronia in foramen; merosis. mem rim. pardi siue puaricatores; galim uiculi uel arenarum tumuli; helim arietes siue fortes; dimon sufficiens meror. Quia igitur omne dogma contrarium ueritati. quod absq; inspiratione dei. de humano sensu in erroris tenebris nascitur. hoc te uastatum est. & argumenta illius quae intelleguntur muri. ecclesiastico sermone destructa sunt. Ita ut aeterno silentio conticescerent. Intantum ut uniuersa eorum factio ad paenitentiam & lacrimas uertere tur; sup nabo id est prophetia & sessione id est magistro eorum. Et super

medaba. ubi non sunt arbores fructuosae. sed saltus infernalis. In quo habitant
 bestiae. de quo in xxviii psalmo scriptum est. Et reuelabit condensata saltus erit ulula-
 tus & plancus. & omnia de capitulis eorum eloquentiae ornamenta tollentur. Ita ut
 dimaneant et deformes. & si quid uirilitatis habere uideantur in barbasum au-
 ro ecclesiastico effeminatum & debile conspicietur. In triuis quoque eorum. id est de
 ueritulis eorum errorum. dum puoluntate fingit unusquisque quod uoluerit. accingit
 sacco paenitentiae. & supsecta ad dogmata in quibus primum se sublimes esse crede-
 bant. & in plateis quia non egrediuntur per angustam uiam. sed per latam quae ducit ad mor-
 tem. erit ululatus & nequaquam ascendente in superbia. sed descendente in fletum. Tunc
 intelligent omnes cogitationes suas uanas. quod interpretatur esse bonum. & cassum ascensum
 superbiae. quod eleale sonat. ^{ut.} Uox eorum auditur usque ad mala opera quae fecerunt
 & mandatum quod putabant dei. propria se confessione damnantes. propterea
 uectes id est qui infirmi fuerint in moab. & errorem suum intellexerint. ululabunt
 & spem habere perfectus incipient. cum anima eorum ululauerit sibi. Unde propheta
 compatentis effectuloquitur ad eos. quorum anima ululabit sibi & dicit. Cor meum
 ad moab clamauit. ut eos ad paenitentiam puocet. uectes autem eorum & omnia fir-
 mamenta quae habere inheresibus uidebantur ad segor. hoc est ad par uiam usque
 peruenient. Ostenditur non robusti esse sed fragilis. haec autem segor hoc est parua
 paenitentia. si se uerauerit perducet eos ad perfectam salutem. quod uicula trium anno-
 rum significat. iuxta illud quod in genesi legimus. ubi precipitur abraham ut offe-
 rat utulum arietem. & hircum trium annorum. perfectum scilicet sacrificium.
 ut heres domini esse mereatur. Cumque egerit paenitentiam. pluit ^{h.} id est genarum lacri-
 mas ad altarium conscendent. Et quasi in aeroris foramine atque introitu. clamorem
 contritionis leuabunt ad domino. ut possint dicere. sacrificium domini spiritus contribulatus. cor con-
 tritum & humiliatum deo non spernet. Et hoc fiet. quia aquae membrum id est doc-
 trina hereticorum quae per arduis & per uariatoribus comparatur. deserta erit & dedu-
 cet ad nihilum. per arduorum in hieremia uarietates & maculae non mutantur. & apostatae
 de quibus in psalmo legimus. per uariatoribus reputauit omnes peccatores terrae. Omnis quo-
 que herba & germen. Et quicquid in sermone eorum uiride uidebatur exaruit. Et
 secundum magnitudinem peccatorum ad domino uisitati sunt. ut quem per beneficia non senserant.
 per flagella cognoscerent. Denique ducentur ad uallem siue torrentem salicum.

ut nullus in eis fructus maneat. hanc enim ^{fer} essenaturam. ut qui illud in poculum
h auferit. liberis careat. Unde & scī qui propter peccata in confusione huius mundi
se coeperunt. in salicibus babiloniorū fluminum suspendunt organa sua. Om̄s ter-
minos moabitatum clamor circumiit. uel puocantium ad paenitentiam. uel pro
regementum. ut offerre possint per ululatū suū uiculos laborum. & usque ad fon-
tem dominicorum arietum puenire. siue fortium quibelim utrumq; significat.
Aqua autem dī non quod int̄pretatur sufficiens dolor siue meror. quae multū sua
aspiratione polluerant. arguentur deceptis populis non salutis fuisse sed sanguinis.
Unde ppheticus sermō mittit supfluentes lacrimas. quod int̄pretatur dī non. pon
unum merorom. sed plures merores additamenta congeminent. Unde postquā
plenam egerint paenitentiam. & fugerint de moab. leonem principem habeant
dīm. quem Lxx dixerunt arihel. qui int̄pretatur leodī. quorum editionem
in hoc loco differere supfluum duxi. quia & in plurimis ab hebraica ueritate dis-
cordat. Ex his quae int̄pretati sumus. etiam illius sensus potest intellegi.
Emitte agnum dominatorem terrae. de petra deserti ad montem filiae sion. Et
erit sicut auis fugiens. & pulli de nido auolantes. sicut filiae moab in transsensu
arnon. in consilium. coge conculium. pone quas in orem umbram tuam in meridie.
absconde fugientes. & uagos nepdas. habitabunt apud te p fugimeis. moab est lati-
bulum eorum. a facie uastatorum. finitus est puluis. consummata est miseria. dese-
cit qui conculcabat terram. & preparabitur in misericordia solium. & sedebit sup
illud in ueritate in tabernaculo dī dauid. iudicans & quaerens iudicium. & uelociter
reddens quod iustum est. Hoc qd̄ de hebraeo int̄pretati sumus. Emitte agnū domi-
natorem terrae. potest & ita intellegi. Emitte agnum dominatoris terrae. ut
iuxta historiam int̄pretati sumus. sed dominatoris terrae agnus sit immolandus.
Iste igitur agnus. qui uel ipse est dominator terrae. uel immolator dominatoris terrae.
de gente moabitatum est. De his qui fugerint de moab. & leonem principem habere
meruerunt. significata autem ruth. de qua generatus est xp̄s. Quam uocat petram deser-
ti. quia iuxta p̄ceptum dī moabitae & amānitae usque ad decimam generationē. & usq; in
aeternum non ingrediuntur ecclesiam dī. Qui autem fugerit de deserto moab. ut a
prophetia reuertamus ad anagogen. & contempto mendacio in monte sc̄terit ue-
ritatis. Erat quasi auis fugiens. & quasi pulli de nido auolantes. ne amoabitae serpen-

17

abus deuorentur; sic inquit ^{derunt} omnes filiae: hoc est animae moabiticae intranscensu
 arnon. quod inter pretatur inluminatio eorum. quando erroribus derelictis ad scientiam
 transcenderint ueritatis; dicitur itaque ipse moab. uel qui euaserit de moab; nihil
 agas absque consilio. peccatum feraris omnium doctrinae. sed sequere eum qui
 est magni consilii angelus. & coge consilium. ut de uagis & errantibus di ecclesiam fa
 cias; Umbraculum autem tuum. & tabernaculum in quo te prius requiescere putabas.
 quod erat noctis & tenebrarum. pone in meridie. hoc est in clarissimo lumine quod abs
 condere debes de errore fugientes & prius uagos ultra ^{noli} prodere. O enim moab p fugi
 mei qui me dereliquerant. qui de ecclesia egressi erant. & dimittentes doctrinam sp̄
 sci suum sensum sequebantur. uel qui habitauerant apud te. Cum eos coeperit uastator
 diabolus persequi. Tu eis ad dñi timorem tota mente conuersa praebeto latebras.
 Et scito quod post aduentum agni. quid e petra desertior tuis est dominator uniuersae
 terrae. & uenit ad montem filiae sion. finita sit omnis potentia diaboli. Quae pulue
 ri comparatur. & consumptus est miser. quia multos fecit miseros. & defecit qui con
 culcabat omnem terram. eos uidelicet qui terreni erant. illo autem consummato ad
 nihil. & penitus deficiente. praeparabitur solium. & regnum sempiternum primū
 in misericordia. Omnes enim sub peccato sumus. & indigemus gratia di. Et sedebit in
 tabernaculo dauid quod corruerat. & suscitatum est qui post misericordiam iudi
 cet. & quaerat iustitiam. Et reddat unicuique secundum opera sua. Consideremus a
 principio uel honoris uel sermonis moab. in quo dicitur. nocte uastata est. ar. moab.
 & cetera usque ad hunc locum. & uidebimus quomodo p gradus & ordinem paeniten
 tiae. de moabitica israhelitae fiant. & fugiant quasi aues. Et auolent quasi pulli deni
 do. ut transcendantur per arnon. Et habitent in monte filiae sion. Et omni diaboli
 uel anti christi potestate contrita. xps regnet in his. Et ponat ^{filium} qui in misericor
 dia iustitiaque saluati sunt. pon enim pat̄ iudicat quemquam. sed omne iudicium
 dedit filio. **A**udiuimus superbiam moab. superbus est ualde. superbia eius & adro
 gantia eius & indignatio eius. plusquam fortitudo eius; idcirco ululauit moab
 ad moab. in uersus ululauit. his qui laetantur super muros cocti lateris. Loquimini
 plagas suas. qm̄ suburbana e sebon deserta sunt. Uinea sabama. **LXX;** audiui
 mus iniuriam moab. contumeliosus est ualde. superbia eius & iniuria eius & furor.
 non sicut diuinitas tua. non sic ululabit moab. si quidem in moab omnes ululabunt.

habitantibus desertis. Meditaberis & non confunderis. Campi esebon lugebunt. Uinea sabama. Quantis obscuritatibus locus iste iuxta Lxx interpretatus sit. Ex eo perspicuum est quod legi uix potest. Dicamus ergo iuxta hebraicum, moris est scripturarum. ut postquam desperationem mentis humanae lae conuultio subleuauerint. sursum negligentes & nolentes agere paenitentiam. comminatione deterreat. ne bonitas dei induret cor nostrum. Cuius rei unum tantum ponamus exemplum. In centesimo quadragésimo quarto psalmo legimus. suauis dominus uniuersis. & miserationes eius super omnia opera illius. Et post paululum. sustentat dominus omnes qui corruunt. & erigit omnes aduersos. Oculi omnium in te sperant. & tu ad aescam eorum in tempore oportuno. Cumque promississet. custodit dominus omnes diligentes se. ^{ne} negligentem faceret auditorem. ut uult. & omnes peccatores disperdet. Quia igitur consummato anticristo. & parente eius diabolo qui conculcabat uniuersam terram. praeparandum esse ut uaticinatum est. solum in misericordia. & eum qui sessurus sit in tabernaculo dauid. Ex persona sanctorum quidem moab saluati sunt. & experimento suo eius elidit superbia. propheta loquitur. audiui mus superbia moab. siue iniuriam ut Lxx. transtulerunt. Quis enim hereticorum non superbus est. qui ecclesiasticam dispiciens simplicitatem. Ita habet ecclesiae homines quasi bruta animalia. & in tantum superbiae iniuriaeque tumore erigitur. ut contra ipsum creatorem armet ossuum. & detrahens prophetis eius. quasi auctoritatem testimonii euangelici in quo saluator ait. Omnes qui uenerunt ante me. fures fuerunt & latrones. Ut moisen quoque famulum dei appellet homicidam. Et ihu filio naue detrahat quasi homini sanguinario. qui tante scitatis fuit ut ad imperium sermonis eius sol lunaque confiterentur. & dauid decuius semine ortus est christus. homicidam & adulterum uocet. non respiciens eius paenitentiam & mansuetudinem. quae diuinitate comparatur. sed quam uis superbus & arrogans sit & furibundus. exultet tamen. plus audet quam eius patitur fortitudo. idcirco moab uoluit ad moab. id est alter ad alterum. Omnes uidelicet hereticorum & saeculares sapientiae & diuersitates. contra semugient cum in tormentis fuerint. Quam ob rem his qui muros habent non quadris aedificatis lapidibus. de quibus templum aedificatum. & in tantum politus. ut malleus & saecuris non sit audita in domo dei. Quos ecclesiae magistri. uel qui estis de moab errore saluati. adnuntiate plagas suas.

quibus hereticorum iaculis uulnerati sunt; Omnes enim cogitationes eorum, quod significat esebon, non ad urbis dominicae habitationem pertinet. de qua scriptum est. fluminis impetus laetificat ciuitatem dñi. sed suburbana sunt ad urbem dñi pertinere credantur. quae sub urbesunt deserta p̄sidio siue diuino igne combusta. praecipue uinea sabama quod inter p̄tatur ad tollens altitudinem. eo quod in altum se erigat. & superbiae suae turrim usque ad caelum struere conetur. Quod autem in Lxx positum est. habitatoribus deseth. in hebraico non habetur. sed pro hoc legitur. arēs quod testam siue coctum laterem significat;

Domini gentium exciderunt flagella eius. usque ad gazer peruenerunt. Errauerunt in deserto propagines eius. relictae sunt transierunt mare; super hoc plorabo in fletu azer. Uineam sabama in aebriabote lacrima mea esebon & eleale. qm̄ super uindemiam tuam. & super messem tuam uox calcantium. inruit. & auferetur laetitia & exultatio de carmelo. & in uineis non exultabit neque uibilabit. uinum in torculari non calcabit quia calcare consueuerat. uocē calcantium abstuli. Suburbana esebon de quibus supra diximus deserta sunt. & uinea sabama. quae inter p̄tari potest non solum extollens altitudinem. sed et conuersio aliqua. Quia uidetur in regione moabica ad dñi seruitutem. aliqua ex parte uelle conuerti; huiusigitur uineae sabama domini gentium. Et apostoli & apostolici uiri flagella & propagines penitus absiderunt. p̄ ex aliis heresibus aliqua scirentur hereses. & infinita errantium fieret multitudo. & non solum exciderunt propagines sabame. sed usque ad azer peruenerunt quae in p̄tantur fortitudo eorum. hoc est ad fortissima quaeque dogmata hereticorum. & dialectica arte constructa. in quibus rabōr sui habere uidebantur erroris. & in tantum eorum muro baccatus est. ut nouissimae errarent in solitudine. & quem interficerent non haberent. Cumq; illi exciderent flagella eius. tamen uitio radicis pessimae propagines aliquae remanserunt. Domina autem gentium transierunt mare. hoc est temptationes huius saeculi. de quibus in psalmo legimus. ueni in profundum maris. & tempestas absorbit me. Et in alio loco. qui descendunt mare in nauibus. facientes opera magna multis. Ipsi uiderunt opera dñi. & mirabilia eius in profundo. isti enim transierunt mare. ut opera dñi in profundum temptationum conspicerent. dum liberantur

ex eis; itaque sermo propheticus plangit fortitudinem hereticorum: id est iazer.
 & uinea saba. quae se extollit contra scientiam dñi; Et in aebriabo lacrimam me
 am esebon. Cogitationes scilicet eorum. & eleale. quibus ad excelsa conscende
 runt. Quir autem plangit iazer uineam sabama. Et in aebriat esebon et eleale
 lacrimis suis. ut dum & ipse plorat. & illos plorare doceat; qñm inquit sup uineam
 tuam & super messem tuam. uox calcantium inruit uinea moabitarum. prop̄
 uineam loci talis est. qualis & uinea sodomorum. de qua dicitur; de uinea enim so
 domorum uinea eorum. Et propago eorum de gomorra. & in septuagesimo sep
 timo psalmo. de aegypto uineam legimus translata. quam dñs percutit gran
 dine. messes quoque moabitice nascuntur in uallibus. quae appellantur rafar.
 falsaque uindemia est uineae. de qua supradicitur; domini gentium exciderunt
 flagella eius. isti enim conterunt uuas amarissimas. & suis calcant pedibus nedr.
 & cones ex eis exprimantur uenena. & omnes interficiant bibentes. aufere tur quo
 que laetitia & exultatio hereticorum. quam ante audire consueuerant. Ut post
 quam egerint paenitentiam. illud mereantur audire. beati lugentes qñm ipsi
 consolabuntur; quodque addidit de carmelo. hoc significat non quod heretici
 uere carmelum habeant. id est spiritalis circumcisionis notitiam. sed quo falso ha
 bere se iactent. Cumque succisae fuerint uineae. & ablata laetitia & exultatio
 de falso nominis scientia. tunc nullus erit de pristinis calcatoribus. qui calcet
 uuas quas ante calcauerat. Et uox eorum aeterno obmutescet silentio.
 Super hoc uenter meus ad moab. quasi cithara sonabit. Et uiscera mea admirum
 coctilateris; & erit cum apparuerit quod laborauerit moab. ab excelsis suis in
 gredietur in sca sua. ut obsecret & non p̄ualebit; hoc uerbum quod locutus est
 dñs ad moab ex tunc; destructo errore moabitico. immo falsa laetitia in luc
 tu lacrimas quemutata. & uenter meus prophetae uenter qui instat citharae
 musica arte compositus est. & quid dñs timore concipiens multos liberos procre
 auit. Ita ut nulla sit corda. quae non reddat sonum suum. resonabit luctu
 agenti paenitentiam moab; & omnia uiscera mea admirum coctilateris;
 pro quo interpretatus est theodotio. admirum dissipatum. Omnia enim
 contrariorum praesidia in quibus antea confidebant. destruentur & corru
 ent; haec sunt autem uiscera & interiora prophetae. de quibus & dauid

dicebat in psalmo; benedic anima mea dño. & omnia interiora mea nomen sc̄m. eius; quomodo enim cithara non emittit uocalem sonum atque compositum. si saltim una corda rupta fuerit. sic spiritalis uenter prophetae. si una in eam cor da uirtutum defuerit. ^{non poterit.} melos dulce resonare. nec ad latericum murum cunctis clamare uisceribus; phr̄losophorum quoque sententia est. herere sibi uirtutes; & apostoli iacobi. ut cui una defuerit omnes de esse uirtutes; Cum autem intellexerit moab. frustra se in his quae prius stabant excelsa dogmatibus laborasse. Ingre dietur ad sc̄a sua. non quae per se sc̄a sunt. sed quae erant sc̄a eorum. arbitrio & auxilio inueniri non poterit; uel certe deserto errore mendacii. ad sc̄am ecclesiam intrare conabitur. ut sua ea faciat & oret & obsecret. sed non praeualebit; neque ^{enim.} statim ut uoluerimus. perfectam possimus capere uirtutem. Quodque infert. hoc uerbum quod locutus est dñs ad moab. extunc. proemio in quo dixerat uerbum contra moab. siue onus. Siamus. e phr̄. Lugo redditum. ut quod ibi coeperat. hic compleuerit. Extunc autem intellegendū. ex quo coepit ad eum loqui. ut omne quod dixit. unum uerbum dñi sit. id est una sententia; porro iuxta Lxx. qui int̄ praetatis sunt interiora prophetae quasi murum. renouata ad dñm. Et erubescere eum. id ē moab. & intrare ad aras. Et ad ea quae manu facta sint. ita differere possumus. ut dicamus semp̄ prophetae renouare uiscera. Et ad dñm fieri fortiora. ut ad uersari confundantur. & ea quae humana manu fabricata sunt. cassi intellegant. & nihil ad salutem pficientia.

Et nunc locutus est dñs dicens; in tribus annis quasi anni mercennarii auferetur gloria moab. super omni populo multo. & relinquetur paruus & modicus. nequaquam multus. Tres anni in quibus auferetur gloria moab. super omni populo eius multo. uel diuitis multus. ut Lxx. transtulerunt. in r̄stice intellegendis sunt. sicut enim misericordia dñi. in ponderibus est atque mensura. sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam. Ut postquam tres anni transierint. in quibus relinquetur paruus & modicus. & nequaquam multus. tunc in gloriosus esse desistat. Et hoc notandum. quod iuxta hiezechielis prophetiam. quando dies p̄ annis numerantur isrl̄. hoc est decem tribubus quae maiora peccauerant. subputentur in poenis anni ccc Lxx. ut in hebraico continetur. non centum sexaginta quinque. ut uulgata editio habet.

Et iudea in quo erat templum dñi xl. Qui enim paruus est. mereatur mi-
sericordiam. potentes autem potentar tormenta patientur; & seruus qui
scit uoluntatem domini sui & non facit eā. uapulabit multum; moab igitur qui
externus erat. nec de populo dñi sed relicto errore conuersus. non annis plu-
ribus paruus & modicus & ingloriosus relinquetur. isti sunt anni. de quibus et
alibi legimus; recordamini dierum saeculi. Et iterum cogitauit dies antiquos.
Et annos aeternos in mente habuit; si enim umbrae & exemplaribus serue-
bat iuxta carnem isrl. & omnis eorum solemnitas futurum erat tripus.
quare non & anni praesentis temporis. futura tempora praefigurent. de
quibus & in alio loco legimus; quid facietis in diebus conuentus. & in diebus festi-
uitatis dñi. Quodque iungitur. quasi anni mercennarii. hoc ostendit. quod
falsa doctrina pro lucro cuncta faciat atque conpendio. Omnis enim mer-
cennarius qui non est pastor. cuius non sunt oues. Cum uiderit lupum uenientem
fugit. quia mercennarius est. & oues ad eum non pertinent. Quam obrem
puto ad uenam & mercennarium descis non comedere. nec seruos scōrum esse
participes. Non enim ob dilectionem dñi. sed ob mercedem cuncta faciunt. qui
comedunt domos uiduarum. Et proprios adducent greges. ut lanis eorum
uestiantur. & lac mulgeant. Quod de doctrina mercennaria diximus. re-
feramus ad cetera. si praeebeo a elemosinam ut glorificer ab hominibus.
recipi mercedem meam. & mercennarius appellandus sum; si castum me
esse simulo. & aliud in conscientia habeo. gloriam mercennarii. sed sup-
plicia peccatoris; Et in comparatione duorum malorum leuius malum est.
aperte peccare. quam simulare & fingere scitatem; Uerum et in hoc
profectus est moab. ut qui prius multos erroris sui habebat comites. pos-
tea redigatur ad paucos. uel qui prius multus erat in diuitis peccatorum.
post paenitentiam paruus & pauper sit in malitia;

EXPLICIT VI LIBER